# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

## Venia r
### cum fonte primo

Peccatores qui operum peccata deplorant, debent presumere de misericordia quam postulant.

Non enim pie Dominus ante delinquencium oculos flenda peccata opponeret, si per semetipsum ea districte ferire uoluisset.

Gregorius in pastorali.

Peccatores igitur qui operum peccata deplorant, debent praesumere de misericordia quam postulant,
ne vi immoderatae affictionis intereant.
Neque enim pie Dominus ante delinquentium oculos flenda peccata opponeret, si per semetipsum ea districte ferire voluisset.

Alulfus Tornacensis, *De expositione Noui Testamenti*, 38, 1 (PL 79, col.1323-4).